



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Andreas M. 17. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

17. Octob. VITÆ SANCTORUM. 649  
posuit. Quin longius etiam hostem per-  
secutus, pepulit è filiâ Duci Gunzo-  
nis, quam insederat, Galliarum tum  
regis, sed Christi postea sponsâ. Et po-  
terat in præmium accipere infulam Con-  
stantiensem, nisi hanc, quam tanti alii  
faciunt, nihil ille fecisset. Itaque ad  
majora præmia, & GALLO digna, cælum  
evocavit. Ejus funus equi ferocissimi  
sponte ad sepulturæ locum duxerunt. us-  
que adeò nihil ferum in orbe est, quod  
virtus non domet. Ex Walfrido Strabone  
apud Sur.

*Utinam sapiamus ad præsentis vitæ mo-  
derationem! utinam intelligamus ad præte-  
ritæ correptionem! utinam devotâ in Deum  
fide provideamus, ut felicem habeamus,  
ipso miserante, consummationem!* S. Bern.  
serm. 2. de SS. Pet. & Paul.

S. ANDREAS M. 17. Octobris.

**B**ello, quod sacris D E i Divorumque  
imaginibus barbarus Copronymi fu-  
ror indixerat, multum virtus A ND R E A  
enituit: quippe qui sub ejus statim initia  
è Cretâ Constantinopolim advolavit  
linguâ & pectore propugnaturus pietati.  
Et nimirum (clamabat ille in pu-  
blico virtutis theatro) majores nostros,  
qui pulchram pro patriâ mortem oppe-  
tierunt, stantes in saxo, in ære, in  
auro suspicimus; at verò qui pulchrius  
pro cælo sunt mortui, nullo honore  
S f s digna-

650 VITÆ SANCTORUM. 17. Oct. 18.  
dignabimur? Tibi homini, Copronyme,  
aureas poni statuas, & surgere cælo co-  
lossalos spectabimus, neque impunè hos  
quisquam nostrum jam violabit; tu vero  
cæli Imperatoris imagines, tu Impe-  
ratoris Matris magnæ, tu amicorum  
hujus gratis eversum ibis? quin etiam  
improbe illam ex animo tuo ima-  
ginem deles, quam suâ manu, cum  
te finxit, Numen depinxit? Sed quid  
ajo? dudum hanc orcus deformavit,  
& suis te coloribus pinxit. Hoc u-  
num audi. Aut fallor ego (imò non fal-  
lor) aut, si terræ filius bellum porrò cælis  
move pergis, si sedibus suis Superos de-  
turbare laboras, fulmen etiam tu sen-  
ties. Erat hoc furiosum laceſſere. Itaque  
flagra, taureas inclamat tyrannus: his  
lacerum in vincula, inde inter lapidum  
imbres ad infamem mortem raptari ju-  
bet. Sed ecce adest, qui ex itinere, am-  
putato altero pede, Divum cælo trans-  
mittit; profuitque ad compendium vix,  
pedem abjecisse. Ex Surio & Meneis.

*Insipiens est, qui se à Paradisi gaudiis  
peregrinum esse non considerat, & se ex  
tem in hoc exilio non attendit. Stultus est,  
qui licet ista cognoverit, liberari tam  
mundi miseriā per vitæ meritum non inten-  
dit. Auctor Spec. peccat. tom. 9. S. Aug.*

S. LU